



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

De fascinatione, & fascinationis amuleta. Cap. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

rationem adsimulent. Extat quoque experimentum, quo facile quis scire poterit

Plaga quomodo inducantur.

Extat clematis, & flammula, intolerabilis acrimonia, ut merito flammule nomen sibi adsciuerit. Contusa & emplastrata breui temporis spatio exulcerant, & pustulas inducunt. Sunt & cantharides contuse cum aqua forti remissa, ampullas ciunt aqua plenas: his etiam herniæ inducuntur.

De fascinatione, & fascinationis amuleta.

C A P. XIV.

IAM de fascinatione est differendum, quiq; effascinatores fuerint, nec silentio prætereundum: nam si nobis prisorum monumeta percurrere libeat, compertimus eiusmodi multa posteritati prodita iam esse, qui noua recentioris æui euentu antiquæ famæ non profus vanæ suffragetur; nec historijs fidem derogare opus esse censui, si rei veras causas validis rationibus arctare nequimus, præterea quum pleraq; sint peruestigatione penitus submouentia, quod autem ipse ex alijs opinionibus senserim, in medium explicandum duxi. Multa apud Theocritum, & Virgilium reperies. Vnde

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agros.

Isigonus, & Memphodorus in Africa terra familias quasdam produnt, voce & lingua effascinantes, quæ si impensius fortè, quam liceat, admiratè fuerint, vel laudarint pulchras arbores, lætiores se getes, infantes pleniore, egregios equos, pecudes pastu, vel cultu optimas, arescant, & emoriantur repente: hæc omnia nulli alij causæ obnoxia, quod Solinus quoque scriptum reliquit. Idem Isigonus Triballis, & Illyrijs eiusdem generis esse, quæ pupillas binas in oculis habeant, atque visu exitialem effascinationem faciant, & interimant, quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis, tam nocenti sunt visu, & impuberes maximè noxam sentiunt. Huiusmodi fœminas in Scythia esse, quæ vocantur Bithiæ, tradit Apollonides. Philarchus in ponto Thibiorum genus alterum, multosq; alios eiusdè naturæ, quorum

quorum moras dicit in oculo altero pupillam geminam,
 in altero vero equi effigiem esse. quorum meminit quoque
 Didymus. Nec dissimilis generis Damon perdidit phar-
 macum in Æthiopia, cuius sudor tabem contactis cor-
 poribus afferat, ac feminas quoque omnes visu effasci-
 nare patet, quæ duplices pupillas habeant. Cicero quo-
 que de iis scribit, sic Plutarchus, & Philarchus effasci-
 natores gentes Paethebeorum Pontum incolentes,
 non pusionibus modo, quorum sit imbecillis natura,
 sed adultis, qui solido, concretiorique constant corpore,
 pestilentes esse, & intuitu, soloque habitu in morbos lan-
 guere quos permant, & in tabem resoluant. Nec solum
 qui continuo, sed hospites, & qui eorum commercio
 alienissimi concutiuntur, tanta oculis vis, & fascinum,
 quanquam per contactum, & miscellam iniatur sæpe, per
 oculos tamen perficitur: ut sit exterminatio quædam spi-
 ritus per oculos ad fascinati cor deueniens, totumque in-
 ficiens. Sic enim euenit, ut adolescens subtili, claro, ca-
 lido, dulci, sanguine præditus, tales det spiritus, qui in
 à cordis calore à puriori sanguine exoriantur: quia le-
 uissimi in altiori corporis parte perueniunt, & per ocu-
 los prociunt, & iaculantur, qui maxime foraminosi, ve-
 nulentissimi sunt, omniumque partium nitidissimi, & cum spi-
 ritu ipso vna vis quædam ignea radijs emittitur, ut ruben-
 tes oculos, & lippos spectantes obuios, simili cogantur
 laborare morbo: mihi quoque accidens detrimentum attulit:
 inficit enim aerem, qui infectus alium inficit, sic ocu-
 lis proximus vna secum vaporem corrupti sanguinis
 deferens, cuius contagione spectantis oculi rubore si-
 mili afficiuntur. Sic admittit lupus vocem, sic regulus vi-
 tam, qui aspectu venenum excitat, & radijs virulentos
 infigit ictus, cum speculo autem reciproco iaculatu in
 sui authorem retorquentur. Sic immundæ mulieris in-
 tuitum reformidat politum speculum, ut affert Aristot-
 teles, eiusque aspectu sol descit, & fulgor hebetatur, quod
 euenit, quia sanguineus vapor in speculi superficiem pro-
 pter similitudinem in unitatem coit, ut quadam eluue-
 cula operiatur, & clare demonstratur, imo si nouitium
 ægerime elues, quod ideo in panno, vel saxo non eue-

nit, quia in illo serpit, & in profundo descendit, in hoc vero ex partium inconcinnitate dissipatur. At speculum quia pertinax obstat, quia tersum, infractum reseruat, quia frigidum coacto aere guttulas gignit. Tali ferme pacto si in clarum vitrum respices, facies salivæ roris aspergine rigatur, atque vna coiens in salivam relabitur, sic ex oculis radiorum profluvium, qui spirituum vehicula ad occurstantis oculos perueniens, tranverberat, & percussis hominis interiora afficit, propriam quærens regionem, quum è corde exoriantur, sic ipsi in cordis marginibus coguntur in sanguinem, peregrinus hic sanguis, ab effascinati viri natura discordans, reliquum tabe conficit, vnde ægrotat, eatenus contagione ipsa permanente, quatenus vis calidi sanguinis in membris viget, & quum sanguinis affectio sit, ex natura quâ interpolari affligitur febris, quæ si in bili, vel pituita esset, per intervalla fortasse sedaretur. Vt autem distinctius patescant omnia, id primo sciendum, duplicem apud authores fascinum reperiri, alterum amoris, invidia & malevolentie alterum. Si vero pulchri desiderio, formæq; concinnitatis fuerit desiderio irretitum, quam cernens iaculetur, per oculos venenum haurit, & venustæ spectrum formæ amantis cordi residet, igniculos succendit, vnde semper affligi solet: Et quia ibi mollissimus amati sanguis vagatur, vultus representat, suiq; ipsius sanguine relucet, in se non quiescit, & sic ab eo trahitur, vt vulnerati sanguis in vulnerantem labitur. Recte hoc sic innuit Lucretius:

Idq; petit corpus, mens unde est saucia amore,

Namq; omnes plerunq; cadunt in vulnus: Et illam

Emicat in partem sanguis, unde scimus idu:

Et si cominus est, os tum ruber occupat humor.

Si vero invidia, & malevolentie fuerit, quem tale virus infecerit, effascinatio noxia admodum, maximeq; in vetulis reperitur. Nec valet aliquis inficiari, quin animo affecto male habeat corpus, animusq; affectus corporis vires firmat, & potiores reddit, nec solum immutat corpus proprium, sed alienum reddit, & tanto id, quanto ardores interiores vindictæ, vel cupiditatis in corde

corde cient. Nonne auaritia, mœror, vel amor, colores
 & habitus immutat? Inuidia nonne corpus pallore in-
 signi, & extrema induit macie? Nonne prægnantis a-
 uiditas inficit tenerum fœtum rei agnatæ nota? Sic
 ybi flagrantés inuidia oculos, & truces deflexerit, & per-
 niciosè nocendi cupido acrius micat ex oculis, & inte-
 stinus ardor proficiscitur ab eis, astantium corporibus,
 maxime speciosis malum inferunt, oculorum acies,
 uti telum transuerberat, præcordia perurit, & maciei
 præbet causam, si cholericus, & sanguinei præsertim fue-
 rint: nam pororum apertura, & humorum subtilitate
 facile depascitur morbus. Nec solum ex passione tale fit
 corpus, sed venenum humano reperiri posse corpore fa-
 cile est, quod probat Auicenna: pleriq; tali sunt natura
 præditi, quod mirum videri non debet, si arte fieri posse
 sæpius visum est. Mittitur Alexandro ab Indorum Re-
 gina insignis speciei puella, serpentium veneno delibu-
 ta, & depasta, ut Aristoteles tradit, & Auicenna Rufi te-
 stimonio scribit. Galenus autem alteram fuisse, quæ
 hyoscyamum impune sumeret, alia vero aconitum, ut
 nec gallina appropinquaret. Et frequenti eius usu (ut ex
 antiquorum monumentis accepimus) usque adeo in-
 noxium præbuit se veneno Mithridates Pontirex, ut
 quum vellet veneno sibi mortem consciscere, ne se Ro-
 manis dederet, nullam ex assumpto veneno perceperit
 noxam. Gallinas anguium, & lacertorum carnibus ob-
 esas, vel tritico eorum iure decocto, si accipitri glutien-
 das dabis, accelerat pennarum defluuium; multaque
 præterea fiunt, quæ longum esset recensere. Sic pleriq;
 viri suapte natura sunt, qui tactu infirmitates aliquas
 curant, multi araneum, & oleandrum comedentes, ser-
 pentumq; morsus floccifaciunt, nec tabem sentiunt, si
 similem sortiuntur naturam, quorum obrutus, vel ema-
 nans spiratio non homines solum, sed plantulas, her-
 bas, cæteraque emaciat, ut exarescant penitus: & sæ-
 pe vbi eiusmodi animalia resident, aentes segetes ve-
 neni participes factæ exiccata cernuntur, non nisi ocu-
 lorum vi, & auræ cuiusdam eructatione. Nonne mu-
 lieres mensium tempore cucumeres, & pepones tactu,

visuq; inficiunt, vt marcescant? nonne pueri innocen-
tius viris, quam mulieribus tractantur? & plures scemi-
nas, quam viros effascinatrices reperies, complexionis
ratione, fortiori enim lapsu à temperamēto decedunt,
plurimisq; noxijs vescuntur, vt singulis mēibus super-
fluitatibus expleantur, & sanguis ebulliat melancholi-
cus. Vnde yappres orti, sursum elati per oculos prola-
buntur, & astantibus venenum expirant, & tali corpus
explent. Vnde sanguinei, ex parte quadam cholericis, &
qui oculos habent amplos, nitentes & glaucos, & caste
viuunt (ne frequenti coitu humorum succus exhauria-
tur) qui frequentissimo intuitu, diutissima imaginatio-
ne, aciem aciei dirigat, radij radijs, & lumina luminib.
coniungantur, fortasse amorem accendere poterit. Sed
cur eius fascino, non aliorum detineatur, ex superioribus
& ex hac videtur ratione. Euenit enim ex fascinantis in-
tentione, qui quidē per spiritus, siue vapores transmi-
titur ad maleficium, & spiritu illo affectus, ei similis af-
ficitur: existente enim maxime in passione illa, & ima-
ginatiua virtute circa rem valde fixa, habitus diu per-
manens, spirituum habet obedientiam, & sanguinis
tūc exoptata re potest à virtutibus deuinciri, & inflam-
mari. Quamquam animus (vt Auicennæ ascribitur,
neque ab hac sententia illius abhorret auctoritas) solo
affectu, & imperio tales producere potest affectiones.
Placet Musæo, quod amoris fundamenta oculus iaciat,
& præcipue ad amandum illices sint: & ex aspectu a-
morem nasci dicit Diogenianus, vbi incognitam ama-
ri non posse dicit. Et tanquam prodigij loco Iuuenalis
de amante refert:

Qui nunquam visa flagrabat amore puella,

Nitidus enim oculorū obtutus visam ad insaniam com-
pellit, amorisq; allicitur per oculos rudimentum. Re-
liqua vero membra non fere dant causam, sed concit-
tant, vt formæ lenocinio serpentem remorentur vi-
sis rebus lectum, & immorantem obtutu feriant, &
ibi Cupidinem excubantem aiunt sua mittere tela, vt
emissus ex oculis aculeus, in astantis oculos confugiat,
ac præcordia perurat. Apuleius. Isti enim tui oculi per
meos

meos oculos ad intima delapsi, acerrimum meis medullis commouent incendium. Iam non paruam tribuimus quærentibus radicem, ni penitus, malæque mentis compos extiteris, multis corroborare poteris. Quod si aliquibus fortasse mirum fuerit, morbis perpen-
 sionis edunt, super-
 chol-
 prola-
 corpus
 erici, &
 & cast-
 auri-
 inatio-
 minid-
 rit. Sed
 perion-
 tis in-
 nsmi-
 illis af-
 & ima-
 u per-
 quinis:
 inflam-
 ibitur,
 s) solo
 ones.
 iaciat,
 & a-
 a ma-
 enalis

pendis, qui ex contagione eueniunt, vri pruritus, scabiem, lippitudinem, epidimiam, si tactu, visu, loquela, astantem inficiat, facileq; tabem contrahat, cur amatoria contagio, morborum omnium grauissima pestis, non illico homines inuadat, ac peritus consumat? Nec in alijs solum, sed in ipsos quoque relabatur, immissumque fascinum ipsi alliciunt. Veterum quoque scriptis proditur de Eutelida, qui reflexionibus, aquis, speculo, vel fonte resilientibus, in videntem imaginem retorquentibus, sibi fascini perniciem intulit. Author

Ευτελίδας ἀνάγ' Βρηθίρεν ἰδὼν ὀλόφισις αἴνης
 Διὴ ἐντι ποταμῷ ἀδ' ἀντικα νεῖσος ἀδίκης.

Adeo sibi pulcher visus est, vt eodem, quo alij ipse fascino deciderit, sic pristinum corporis habitum deperdidit, peculiariisque mori pœnas dedit. Sic se proprio pueri vitiant fascinato, parentes vero veneficis, & fascinatoribus causam ascribunt. Nunc autem cape

Amoris alexiteria remedia.

Multa enim sunt, quæ prudens instituit vetustas. Si amoris fascinum amoliri conaberis, sic auerruncabis: visum abstrahas, ne tuis aciem oculis adigat, neve lumina luminibus copulentur, vnde enim affici solet, inde causam amoue, consuetudinem interpollatim remoue, otium repelle, grauibus animum adhibe curis, sanguinem, sudorem, & excrementa omnino large eijcito, vt vna noxia eijciatur aura. Et contraria primis extant quoque. Nunc autem cape

Inuidiæ fascini amuletum.

Si inuidorum fuerit maleficium, illud sic nosces. Colorem deperdet, difficulter oculos eleuat, semper inclinatur, crebra iactat suspiria, cor angustijs cohibetur, nec signum conspicitur mali alicuius, lacrimas effundit sal-
 fas, & amaras. Ad ipsum exfascinandum: quia aer con-

ragiosus & contaminatus est, odorata suffimenta sub-
stituantur, vt aërem instaurent, nec minus aquis irro-
rando, cinnamomū, garyophyllos, ciperum, xilalocni
molchum, & ambarū. Ideo prisca ad hoc vsq; nostrum
æuum se propagauit consuetudo, retinentq; hoc mu-
lieres, si noxam pueros cōtraxisse vident, ad expiandos
ethure eos suffumigant, & circumuoluunt; claro seruen-
tur aere, ij pendeant è collo lapides, carbunculus, iacin-
thus, saphirus. Alissum in domo suspēsū, rhamnū,
& phu opiferum putat amuletum Dioscorides: hyssopū
& liliū odorato, annulus deferatur ex onagri, vel alini
domestici yngula, satyrion, quæ orchis & fœmina dici-
tur. Rutam suo odore probat Aristoteles. Hæc omnia
veneficiorum vires hebetant.



IO. BAPTISTÆ
PORTÆ NEAPOLITA-
NI, MAGIÆ NATVRALIS
LIBER NONVS,

Qui mulieres fucat, & mangonizat.

PROOEMIUM.

QVVM medicinam cosmetica con-
sequatur, post illam de fucus, mu-
liebribus ornamentis à capite vsq;
ad pedes quamplurima prosequer-
mur. Sed ne aliquibus superuacua
videretur his libris ea interponere,
quæ ad mulierum decorem pertinent; optaremus
confide-